

permittitur duntaxat, at gladio nos defendere tantopere
cum hoste conflegendum, uelut in hoc summa pietatis sita sit. At saltem non resipi-
scunt ex his quae mox sequuntur apud alios Euangelistas. Obiurgat minaciter ac se-
uere Petrum quod utatur gladio, & iubet recondi, addens perire gladio qui gladio
pugnent, sibi non defuturas quamlibet multas legiones, à patre supplicat, si se ui de-
fendere uoluisset. Praeterea quando unquam legimus Apostolos fecisse quod hic
tantopere iubet Christus faciendum? Fugisse legimus, respondisse legimus, lorica
aut gladium gestasse nusquam legimus, ac ne unguibus quidem unquam repugna-
se, ne dicam gladijs. Denique cur in omnibus suis epistolis audent à praeceptoris
sui doctrina dissonare? Tolerantiam uno ore docent omnes, iubent obrui bene-
ficis inimicum, & igneos carbones congeri in caput illorum. Paulus iubet malum
uinci bono, iactat toleratas calamitates suas, prostratos ac fusos hostes non iactat.
Toties armat ille tironem Christianum, Euangelica panoplia, galea salutis, scuto si-
dei, gladio spiritus. Vbi inter haec huius gladij mentio, quem nos comminiscimur?

Heresis
cul

Ambrosius

Origenes

Cycle de conférences:
« Un livre, une histoire »
(14 décembre 2023)

Érasme, *In Novum Testamentum
Annotationes* (Bâle, 1542).

La censure des livres au XVI^e siècle

Renaud ADAM



Une expurgation appuyee traits de plume ou ratures horizontales

Ne gustaveritis.) Hæc tria uerba apud Græcos singularis numeri sunt, μή αψη, uertitis, μηδε γουση, μηδε θηγης. id est, Ne attigeris, neq; gustaueris, neq; contigeris. Atq; hæc μμηθικως uidentur dici à Paulo μμηθικως, id est, per imitationem: quã quidam inter schema...

Expensã Am brosi inter pretatio

Ipo usu.) τη δεσχησει. id est, Abusu. Et Ambrosius legit, Per abusionẽ. Agit enim de cibo & potu, quæ usu cõsumuntur, & in latrinã excernuntur. Nam ijs proprie dici mur abuti, quæ usui absumuntur: quemadmodũ & lreconsultorũ litera nos docent. Rationem uisum habentia sapientia.) λογη hic interpretatur Speciem: quod Thomas Aquinas quoniam Aquinas sensit duriusculum, anne est id quod sequitur, In superstitione: ut intelligamus in eiusmodi rationem esse sapientia, nõ simpliciter, sed ad superstitionem. At mihi uidetur oratio inabsoluta. Cœpit enim per μη, & non reddidit quæ illi respondet, δε. Proinde mihi uidetur λογη, hoc loco sonare Sermonẽ aut uerba, ut opponatur rei. Quod si absoluisse orationem, dixisset ad hunc modum, Quæ omnia uerbotenus uidentur erudita ac magnifica, nimirum ab angelis profecta, ut illi narrant. Cæterum, re longe absunt à religione Christi, quæ nec in superstitione, nec in abiectiõne animi, qua pecudum ritu homines hominuculi cuiuspiam arbitrio circumaguntur, nec in laesione corporis sita est, quum deus eibo uoluerit honorari corpus nõ cruciari inedit, sed in puritate uitæ & charitate. Nobiscũ facit aper...

Honor subsidium

In superstitione.) εν εθελοθρησκεια. Quæ est falsa religio, interprete Hieronymo, in eo quem modo citauit loco. Nam superstitio, εθελοθρησκια dicitur. Ambrosius legit, superstitione. Porrò uox Græca ita sonat, quasi dicas, Spontanea religio: cũ quis ultro sibi fingit religionem. Nam θρησκια, religio dicitur à Thracibus, apud quos Orpheus primus cœpit nugari de dijs, ut modo dictum est: & θελω, uolo. In humilitate.) ταπεινοφροσυνη. Diuus Hieronymus hoc quoq; uerbũ notat, tanquam improprie hoc loco usurpatum, quum aliàs uirtutem sonare soleat, hic uitium, quo quis humilia sentit atq; terrena, & abiecti sunt animi, ut patitur sese in uitiolum duci nãrbus præceptis hominum.

αφειδεια

Non ad parcendũ corpori.) μη αφειδεια σωματ. quod ad uerbũ sonat Imparfimonia, hoc est, quẽ quis non parcat alicui rei. Nam φειδομαι, parco, & α particula est pri...

EX CAPITE TERTIO.



Væ sursum sunt.) τα ανω. Cur non potius, Superna: Et φρονειτε, Curate, potius quàm Sapite?

Vita uestra.) Græci legunt, Nostra. ημων. id est, Nostra, prima per Libidinem.) επιθ. Quod morbum uertas licebit, aut potius Molliciem: ut de effeminatis & pathicis intelligas. Nam alioqui quid attinebat addere libidinem, quum ante dixerit Fornicatio: Neq; enim apte genus speciei subnectitur. Porrò molliciem & Flaccus morbum appellat in Odis: Cum grege turpium Morbo uiuorum.

Propter quæ uenit.) ηι ε εχρηται. id est, Propter quæ uenit: ut Venit, sit præsentis temporis, intelligasq; solere ob ista uenire diuinã iram. Sic enim appellat uindictã. Filios incredulitatis.) Quod superius uerterat Diffidentia, απειθειας, idem & inobedientiam sonat. Quamquam hoc loco Ambrosius non addit: In filios diffidentia. Tantũ legit, Propter quæ uenit ira dei. Iam de forma sermonis huius Hebraica, non semel à nobis dictum est.

In quibus & uos.) εν υεις. Sermo Græcus anceps est, quod articulus referri possit uel ad filios inobedientes, inter quos & Colossenses quondam fuerant, uel ad uitia quæ pauloante commemorauit. Certe quod mox sequitur, Quum uiueretis in illis: ad uitia pertinet.

Turpem sermonem.) αισχρολογια. id est, Turpiloquium. Nolite mentiri inuicem.) μη ψευθετε εις αλληλους. id est, Ne mentiamini alius aduersus alium. Quid enim est Mentiri inuicem, quod uertit interpres, nisi mentiri uicissim: Verbo Græco addidit accusandi casum.

Mentiri inuicẽ

Expoliantes.) απικνησεμενοι. id est, Exuentes: id est, postquam exuistis: nam præteriti temporis est. Vocem hanc interpres subinde uertit. Expoliantes. Alludit ad id quod ante dixit: Christum exuta carne uicisse.

In agnitionem dei.) Dei, redundat iuxta Græca exemplaria. Nec Ambrosius addit. Nec addebatur in exemplari Donatiani. Cum his concordabat exemplar utrunque Constantiense.

Masculus & femina.) Hæc non inuenio apud Græcos. Nec attingit Theophylactus. Chrysostomus ne legit quidẽ, sicuti nec Ambrosius. Sed huc uidetur adscriptũ ex Epistola ad Galatas capite tertio. Suffragabat & hic uterq; codex Constantiẽsis. Gentilis & Iudæus.) εθνω. id est, Græcus: pro quo uertit, Gentilis.

Barbarus.) Post hanc uocem Græci omittunt coniunctionem, & oratio fit ardentior. Prius enim per iuga coniunxit Iudæum cum Græco, circumcisionem cum præputio: deinde citra copulam copulat Barbarũ cum Scytha, seruum cum libero. Porro Barbaro opposuit Scytham, non quod is Barbarus non sit, sed quod præ hoc reliqui Barbari non sint Barbari.

Scytha

Dilecti uiscera misericordia.) Dilecti, hic participium est, nõ nomen: ηγαπηδιος. Nec est Misericordia, sed οικτιρμενη, id est Miserationum, numero multitudinis.

Humilitatem.) ταπεινοφροσυνη. quod Ambrosius uertit, Humilitatẽ sensus. Nos Modestia maluimus. Nam modestia potius est, quã Græci uocant ταπεινοφροσυνη. Humilitas sensus, magis in uitiũ sonat: quemadmodum abiectus animo. Etiam si Græca uox plus quiddam significat, quàm modestia. Modestus enim est, qui nõ est arrogans: at ταπεινοφροσυνη, qui minus sibi tribuit quàm promeretur.

ταπεινο φροσυνη

Modestiam.) πραοτητα. id est mansuetudinem, siue lenitatem.

Patientiam.) μακροθυμια. ad uerbum Longanimitatem, siue animi lenitatem, aut animi moderatõnem, qua quis non facile prouocatur.

An æmulamur dominum?) *ἠαζήλωμεν*, id est, Prouocamus & irritamus: quod superius uertit, Ad æmulandum prouoco. Et ad eum modum interpretantur Græco rum scholia: nominatim Theophylactus: *παρωζομεν ἢ ἠακνήζομεν*, id est, Tentamus & irritamus. nam *ζηλωμεν*, & in bonam partem dicitur: *ἠαζήλωμεν* serē non nisi in malam.

Sed quod alterius.) *ἀλλὰ τὸ πρὸ ἐτέρου ἔκαστος*, id est, Sed quisque quod alterius. Omne quod in macello uenit.) Venit, hoc loco significat uenundatur, *παλιμίδου*, & in macello legēdum, nō in macellū. Indicat hoc & diuus Augustinus aduersus Adamantiū, Interrogare, inquit, uetat, quum quid de macello emitur. Atque huiusmodi amphibologiam tollere poterat accentus circūflexus, notatus supra uerbum Venit.

Nihil interrogantes.) *μηδὲν ἀνακρινόντες*, id est, Nihil dijudicantes: quod idē uerbum est paulo inferius. Ambrosius legit, Nihil disquirentes. Est autem participium eius, quod superius uertit Interrogant.

Et plenitudo eius.) Eius, ad terram refertur, non ad dominum. *αὐτῆς*, hoc est, quicquid diues gignit terra, id omne domini est.

Hoc immolatum est idolis.) Vetus codices habent, Hoc immolatiū est idolis. Atque ita legimus apud Ambrosium. Est autem Græcis eadem dicitio, quam interpretoties reliquit, *εἰδωλόθυτον*.

Qui iudicauit.) *ὁ γὰρ μὴ νόσωντα*, id est, Indicauit, non per u. Id tamen inimitabile est, tamen quoniā facillimus in huiusmodi lapsus est, admonēdum dicitur. Nam *μὴ νόσων* Græcis est prode rem prius occultā: licet apud Ambrosium hæc particula non addatur, propter eum qui iudicauit, haud scio apud librariorum incuria.

Conscientiam dico non, & cætera.) Ante hunc locum repetitur in Græcis codicibus, Domini enim est terra & plenitudo eius: quod paulo superius positum est: sed utrobique probe quadrat. Illic non refert quibus uescamur, omnia enim sunt domini. Et hic non est cur fratrem offendas, uescens idolis immolato, quum tantam ciborum copiam diues mundus suppeditet. Cæterum hoc posteriore loco uidetur inferri sub alterius persona, uelut obijcientis Paulo, quod ipse mox dixerat: Quam mihi narra conscientiam, quum ut ipse fateris, Domini sit terra & plenitudo eius: Idcirco subiicit ac distinguit conscientiam: Conscientia, inquit, tua dicit, domini est terra & plenitudo eius: at non idem dicit alterius conscientia, quæ putat aliquid simulacris esse proprium, neque commune deo. Neque magnopere facit ad rem quod hic arguitur de

εἰσπῶς, de quo Illum & conscientiam Laurentius. Quum enim ait, Et propter conscientiam, exponit quid ante dixerat Illum: alioqui qui audierat sibi dictum, ne ederet propter illum qui iudicauit, rogare poterat, quid hoc ad illum: Respondet Paulus, ob illius conscientiam, quam tuo facto uulneras, etiamsi tua firma sanaque est. Deinde quod dicit Tuam, suo more personam fingit: quandoquidem nonnunquam in se recipit personam alterius, quo rem magis exponat oculis.

Ab aliena conscientia.) *ὅτι ἄλλης συνειδήσεως*, id est, Ab alia conscientia. Atque ita legit Ambrosius, itaque scriptum uisitur in uetustissimis exemplaribus, nominatim utroque Constantiensis. Quanquam id quidem ad sensum haud magni refert.

Cum gratia participo.) Ambrosius legit, Gratia participes sum: uerū non reperio *μετέχω* datiuo iunctum, nisi referatur ad locū cōmunionis, non ad rem cuius participes es. Vnde magis probo Cum gratia, id est, cum gratiarū actione. Potest & hunc in modum accipi, ut *χάρων* sonet hic beneficentiā, sicut dicitur in instrumentis, siue modis. Non solum deus, sed etiam in quibusdam instrumentis, sicut dicitur in *ἐπιπέδω* dei, quid est cur male audiam: In hunc sensum interpretatur Chryllostomus ac de benedictio lactus, gratiam dei uocans animi fortitudinem contemnentis idolum, ac dei bonitatem, qua fit, ut in suis dona, per impiorum maliciam, non inquinentur puris.

per uos offendatur. Iudæis & gentibus.) Pro Gentibus, est *ἔθνεσι*, id est, Græcis. Iteratur autem ad singula coniunctio *καὶ*, proinde nos uertimus per Neque.

Non querens quod mihi utile est.) Simplicius & uerius erat, Non querens meam ipsius utilitatem, sed multorum. *μη ζητῶν τὸ ἐμὸν τὸ συμφέρον, ἀλλὰ τὸ τῶν πολλῶν*.

EX CAPITE VNDECIMO

Imitatores mei estote, sicut, & cætera.) De hoc loco superius admonuimus huius epistolæ capite quarto: Vox est autem digna ijs, qui locū apostolorum sibi uindicant. Se Paulus proponit exemplar, sibi conscius se nihil habere, quod non sit imitandum: & tamen hoc exemplar non uult imitabile uideri cuiquam, nisi respondeat ad archetypum Christi. Nam quod in suo arbitrio uiuere, nihil enim dicam aliud, satis esse uisum, si minus

Christus exemplar archetypum

Per omnia mei memores estis.) *ὅτι πάντα με μνησθε*, id est, Quod omnia mea meministis. Et in hunc sensum accipit Ambrosius: legit enim, Quod omnia mea memoria retinetis. Et cōsentit Græcanica scholia, nominatim Theophylactus. Præparat enim illos laude ad sequentē admonitionē: quasi diceret, Sicut in cæteris tenetis mea præcepta, ita in hoc quoque sequamini. Hæc interpretatio mihi sanè magis arridet quam Ambrosii. Scribit enim hunc in modum: Postquam mores & conuersationē illorum arguit, nunc traditiones uult corrigere. Ideo non hoc confirmat, sed succenset eis, quia quæ esset apostolorum eorū, immemores erant traditionū eius: neque quod adhuc non didicerant, ex aliarum ecclesiarum traditione sequebatur, ac per hoc quasi nouiter tradit illis dicens. Fortassis interpres legit *πάντα*, hoc est, in omnibus, aut *πάντα* accipit per synecdochē, *καὶ πάντα*. Codex uetustior Constantiensis habebat, Omnia mei memores estis, omiſſa præpositione, quæ nec apud Græcos est.

Omnia mea

Et sicut tradidi uobis præcepta mea.) Hic apparet uariam fuisse in Græcis codicibus lectionem. Nam Ambrosius legit ad hunc modum, Et quomodo ubique tradidit uobis præcepta mea, tenetis. id quod ex interpretatione quoque licet colligere. Interpretatur enim ubique, id est in omnibus ecclesijs. Atque *πάντα*, quod apparet legisse Ambrosium, non reperimus in Græcorum codicibus: nec usquam illius meminere interpretes, quos ego sanè uiderim. Mollior erat futurus sermo, si priore loco posuisset *πάντα* posteriore *καὶ*. Laudo quidem uos, quod in cæteris omnia mea tenetis: cæterum illud estis admonendi quod parum uideamini meminisse. Seu prius illud *καὶ*, tantum notat digressionem a cæpto sermone de idolothytis, posterius uim habet ad ueritatiam, quali præcessisset *πάντα*. In uetustissimo codice pro Tenetis, erat Tenete. Nam Græca uox anceps est, *κατέχετε*, nec est Præcepta, Græce, sed modestius uerbum, & Paulo dignius, *παράδοσις*, id est, traditiones: quæ nos Instituta possumus dicere. Leuius est enim traditio quam præceptum.

Variæ apud Græcos lectio

Velato capite.) Græce est *καταλειφθῆς ἔχων*, id est, In capite habens: ut intelligas non solum de pileo, uerū etiam de coma, quæ & ipsa caput tegit. atque id annotant Græci scholia, nominatim Theophylactus. Et mox meminit de condendo, sic arguunt, Si mulier in hoc imitatur uirum, quod aperit caput: simul & in hoc imitatur, quod ille tonsus est.

In capite habens

Une expurgation appuyée : collage de bouts de papier

Christianis habere peculiariter talem dominum, cui curæ sunt. Annotauit hoc, licet obscure, Chrysoſtomus ac Theophylaſius.

Sicut rogauit te.) *περιεκέλευσε*. Quamquam Græca uox anceps est, tamē hic magis quadrabat, hortatus sum, ut Vallæ placet: tamē si Paulus eo uerbo nō nunquam usus est erga plebeios. Imō nominatim annotauit hoc Chrysoſtomus, & hunc sequi gaudens Theophylaſius, quod tantus apostolus uerbo tam humili tamq̄ blando usus est erga discipulum. Porro quod Stapulensis admonet *λαδὸς* potius uertendum fuisse sic, quā si sicut, quid sibi uelit prorsus nō intelligo. Neq̄ enim opinor, *λαδὸς* accipi posse pro *ἔρω*.

Ut remaneres Ephesi.) Oratio plenior est Græce q̄ Latine, propterea quod *πρὸς μέναι* potest esse uel infinitiui modi uel imperatiui, quantū ad sensum attinet. Sicut te rogauit manere maneto. Atq̄ ita legisse uidet Ambrosius, qui legit, ut denūciaret: quod nō quadraret, nisi accederet, maneto, aut simile uerbū. Porro quod nos adiciamus, Ita facito, nō deprecabor admissum sacrilegiū, nisi idē frequēter facit interpretes, & nisi hoc frequēter fieri cogit necessitas. Neq̄ sensu *πρὸς μέναι* sumendū imperandi modo priore sermone, sed in posteriore quē subauditur, neq̄ tamē necesse est, eādē omnino uocem subaudiri. Hæc non addere grauaturus lectorem, nisi quidam libris æditis non minus indocte q̄ uirulente locum hunc exagitaſſent.

Ne aliter docerent.) *μη ἐπερὸ δὲ διὰ κἀλλυ*, id est, Ne diuersa doceant, aut potius ne diuersis uterent doctoribus, uerbo cōposito, ab *ἐπερὸ* alius, & *διὰ κἀλλυ* doctor, *ἐπερὸ δὲ διὰ κἀλλυ*, quod est, nūc his, nūc illis uti doctoribus. Quamq̄ Chrysoſtomus & hunc sequutus Theophylaſius, *ἐπερὸ δὲ διὰ κἀλλυ* interpretatur diuersam in dūce doctrinā, ut ad pseudapostolos pertineat. Nos ambigue ueramus, ne diuersam sequant doctrinā, quod cōmune est, & doctōribus & discipulis diuersa. Vfus est eodem uerbo huius epistolæ cap. sexto. Consentit cū interpretatione ueterum Ambrosius.

Questionum
examinis

Interminatis.) *ἄτερον*, id est, Quæ finē non habent, cuiusmodi nonnullæ sunt uulgarium Theologorum quæstiones, opinioniones, ac difficultates. Nam quo plus est eiusmodi quæstiuicularum, hoc plus etiā subscatet ē calibus, nūq̄ finiedis, quorum etiam si milies mille milia produxeris, plura tamen supererunt. In quibus ut absit impletas, tamen ipsa difficultas quæstionum auocat ab ijs, quæ propius ad rē pertinent. Chrysoſtomus putat hunc locum non esse accipiendum de historia ueteris testamenti. Sed Ambrosius palām de ea uidetur interpretari, cū ait: Ne oblectarentur fabulis quas narrare cōfreti sunt Iudæi de generatione suarū originū, de Abraham & Isaac, & cæteris patriarchis, & de circumcisione, & de ijs quæ postea tradita sunt à Mose, cæteraq̄ quæ sequuntur in hanc sententiā. Ac mihi sanē, ne hi quidem ad uerā Christianamq̄ pietatē magnopere uidentur facere, qui de Christi genealogia tam anxie tamq̄ penē dixerim Iudaice disputant. Atq̄ in tantis ex ueteris Testamenti libris pro se commoditate delibari quædam magis probant, q̄ illorū autoritatē arguere male. Itaque euāgelice, imō penē aniles. Quid enim nūc aliud legit in tēplis? Quin etiam illi libris Iudeorū recipimus in eandē notionē nostrum, quos illi in suū recipere noluerunt. Christiani propensiores in Iudeorū libros q̄ ipsi in suos, qui tamen sua sic astant ut nulli gens Iudaica. Porro quod hic uertit, interminatis, Ambrosius uertit, infinitis.

Iudaice gene-
alogie

Aberantes.) *ἄερον*, id est, Cum aberrassent. Et est uox propria his, qui aberrant à scopo. Id subindicat & Chrysoſtomus.

Conuersi sunt.) *ἔπερὸ πρὸς*. Ego malim, deflexerunt. Ermagis explicat Græcā uocem, ueluti cum aberrans à scopo, aliō se defleuit. *ἔπερὸ πρὸς* atq̄ theologiam, non multū abest à theologia, cū res inter se plurimum discrepent. Proinde nobis quoq̄ cauendum est, ne sic sectemur theologiam, ut in mataologia incidamus de uoluis nugis sine fine digladiātes. Ea potius tractemus, quæ nos transformēt in Christi-

Une expurgation appuyée : encrage en noir

potestate
pontificis

exponens hunc locum, de portando nullum facit uerbum, de spiritu scilicet ac nomi-
natim interpretatur. Idem facit Chrysostomus. Quanquam in ædicatione Veronensi
aliquis addidit, ἀφ' αὐτῶν, sed sermone non coherente. Sic enim legitur, ἀφ' αὐτῶν
ἀφ' αὐτῶν τοῦ θεοῦ. Itē illud: ἀ λέγει δὲ τὸ θεῶν, id est, Quæ sunt dei: ut referatur simul ad cor-
pus & spiritum, quorum utrumq; deo dicatum sit. Cæterum utraq; uox, σώμα & πνεῦμα
Græcis neutri generis est. Nam & hanc particulam separatim exponit Theophy-
lactus: atq; ad eundem modum & legit & interpretatur Chrysostomus. Quanquam
magno consensu discrepant Latinorum & codices & interpretes.

EX CAPITE SEPTIMO.

Pauli sermo
imperfectus

DE quibus autē scripsistis mihi.) Sermo quidem est inabolutus, uerum
hic loquendi color haud est insolens etiam apud Latinos. Nam sensus
est, Ut de his quæ scripsistis mihi, respondeam.

μὲν coniun-
ctio omissa

Bonum est mulierem.) Hic est unus locus, opinor, in quo contenie-
bat addere conjunctionem μὲν, quæ respondeat ἢ. Verum id Paulo fre-
quentissimum, quum hoc argumento colligat Hieronymus, Paulum parum bene cal-
luisse Græcum sermonem.

Mulier, pro
uxore

Mulierem non tangere.) Rectius hic erat uxorem. Quandoquidem Græca uox
γυναικός ambigua est. Deinde tangere, ἀφ' ἑσθ' ἢ, iuxta proprietatem Græcæcæ ser-
monis sæpenumero significat non manu contingere, sed habere cum aliquo nego-
cium siue commercium. Proinde μὴ ἀφ' ἑσθ' γυναικός, nihil aliud sonat, quàm si di-
cas, Bonum est abstinere ab uxore: hoc est, non ducere uxorem. Etiam si diuus Hie-

Hieronymus
detorquens
nominibus
ba scriptu-
rarum

ronymus aduersus Iouinianum, studio torquet hoc uerbum ad simplicem conta-
ctum, uelut in ipso contactu quoq; periculum sit, non solum in coitu. Id quod fortal-
se concedendum est in diuinis literis, quoties aut hortamur, aut consolamur, aut
deterremus, aut ludimus. In disputatione seria nolim id fieri, etiam si hoc uel in pri-
mis sibi permittit Hieronymus, idq; factum defendit exemplo Pauli, apud quem
ait pugnare testimonia, quæ suis locis non pugnant. Verum ab ijs interim pericu-
lum est, quibus mos ex quocunq; libro, quatuor aut quinque uerba decerpere, ac ue-
lut ex oraculo proferre, haud perpendentibus quid præcesserit, quid consequatur,
cum quo agatur, quid agatur, quorsum & quo animo dictum sit. Quid quod ea quæ
sequuntur palàm indicant hunc esse sensum, Propter fornicationem autem, & cæte-
ra, optimum erat non ducere uxorem: cæterum qui metuit ne labatur in stuprum, du-
cat potius, & suam habeat citius quàm alienam. Iam illud, quamuis nō est proprium
huius instituti, tamē obiter admonuisse profuerit, Bonum hic accipi pro commodo,
nō autem ut opponatur uisio: quemadmodum passim dicitur, bono fuisse quod pro-
fuit, & malus bello dictus est Horatio qui bello sit inutilis. Neq; enim hoc quærebatur
à Corinthijs opinor, an fas esset uxorem ducere, sed an expediret eo rerum statu
matrimonij uinculis illigari. Hieronymus autem pugnās aduersus eos, qui matrimo-
nio plus satis tribuebant, ita ratiocinatur. Si bonum est non tangere uxorem, malum
igitur est tangere: quum bono, malum sit contrariū. Hanc ratiocinationem ita refel-
lit Augustinus, qui legerat Aristotelis categorias, ut dicat quædam esse indifferētis,
quæ nec bona sint nec mala, ueluti nasum emungere, aut saluam facere. Quum enim
bonum ait hic accipi pro melius: ne quis turpe putet uxorem ducere, quasi bonum
pugnct cum turpi. Quod si in uerbis Hieronymi, malum & bonum, utrobiq; con-
suetudinem, si commodum est non ducere uxorem ob facinas curarum, ut in
quæstionem, Si commodum est non ducere uxorem ob facinas curarum, ut in
la affinitatum, incommodum est igitur ducere. Perinde ut li quis rogatus, num bonum
esset sibi longum iter ingressuro, latrocinijs obnoxium, tollere pecuniam, responde-
ret, tollere. Nam quod

Augustinus
in epistolis ad
uersus Hie-
ronymum de me-
dio inter bo-
num

lit Augustinus, qui legerat Aristotelis categorias, ut dicat quædam esse indifferētis,
quæ nec bona sint nec mala, ueluti nasum emungere, aut saluam facere. Quum enim
bonum ait hic accipi pro melius: ne quis turpe putet uxorem ducere, quasi bonum
pugnct cum turpi. Quod si in uerbis Hieronymi, malum & bonum, utrobiq; con-
suetudinem, si commodum est non ducere uxorem ob facinas curarum, ut in
quæstionem, Si commodum est non ducere uxorem ob facinas curarum, ut in
la affinitatum, incommodum est igitur ducere. Perinde ut li quis rogatus, num bonum
esset sibi longum iter ingressuro, latrocinijs obnoxium, tollere pecuniam, responde-
ret, tollere. Nam quod

et commodum erat abstinere à matrimonio: nunc mutatis re-
expeditur ad sanctum connubium & immaculatum thorum san-
ctibus, si qui non continent, quum tunc dicitur abstinere
in quibusdam est... tas esse... entium...
sequitur...
quæ hic...
imponitur proprie tacere.

Propter fornicationem.) ὅτι δὲ τὰς πορνείας. id est, Propter fornicationes autem,
siue scortationes. Quanquam hoc nihil ad sensum, nisi forte numero multitudinis,
innuit diuersas libidinis species.

Suam uxore habeat.) ἔχειτω. quod uerbum apud Græcos planè imperatiuū est mo-
di. Verum non est quod id nos commoueat, nec est cur interpretemur Habeat, habe-
re liceat: quum id dicatur ijs, qui se non possunt à consuetudine mulierum cohibere:
non omnibus. Atq; his sanè qui sibi permittunt essent scortationē, aut scēdus aliquod
libidinis genus, imperat ut potius ducant uxorem. Quod si hoc loco perpetuo ἢ ἴσα
uertisset maritum & γυναῖκα uxorem, plusculum lucis accessisset sermoni. Nam uo-
ces apud Græcos ambiguae sunt. Arguitur hoc loco Valla de pronomine suum &
suam, quæ non arbitratus sum opere precium adscribere.

Vxori uir debitum reddat.) Græce sic est, τὸν ὀφειλόμενον ἄνδρα ἔχειτω. id est,
Debitum beneuolentiam reddat: ut rem parum uerecundam, uerecunde notaret.

Quanquam secus legunt Ambrosius & Hieronymus. Omnino coitum significat, &
ideo texti uerbis, quod oportebat intelligi. In uno duntaxat codice pro ἄνδρα, id
est, beneuolentiam scriptum reperi γυναικί, id est, honorem: exponentibus ad eum mo-
dum & commentarijs qui Chrysostomus inseribuntur, sed titulo mihi suspecto. Pro-
inde quoniam uariat Græcorum scriptura, in coniecturam adducor à Paulo scri-
ptum fuisse τὸν ὀφειλόμενον, id est, debitum: quod deinde siue casu, siue quo uerecun-
dior esset oratio, quispiam mutauit in ὀφειλόμενον ἄνδρα. Quanquam ad eum mo-
dum legit & interpretatur Theophylactus, nullam coitus faciens mentionem. Pri-
us quam adornarem hanc quintam ædicionem, nactus sum codices Græcos fidei
melioris. In his contextus habet, τὸν ὀφειλόμενον γυναικί. id est, debitum honorem: atq;
item commenti limen, sed in medio ὀφειλόμενον, quum ait, ὅτι γὰρ ὁ ἄνδρα ὀφειλόμενον τὸ πρὸς
γυναικί ἔχειτω. id est, Eoq; negocium hoc appellauit debitum. Cæterum de honore
nullam facit mentionem. Et Chrysostomus huc deflectit enarrationem, quasi Pau-
lus his uerbis commendaret fidem & castitatem coniugalem, ne uel hic uel illa cui-
quam sui corporis copiam faciat, nisi uni cui debetur ex fide matrimonij. Et quum
in cæteris utriusque testamenti literæ multum autoritatis tribuant uiro, in hoc pa-
res ostendit, quod maritus æque atque uxor, non possit alij cuiquam facere corpo-
ris sui copiam: quod quidem attinet ad usum connubialem. Hæc quidem uere di-
cuntur, sed uel ea quæ sequuntur declarant Apostolum de coitu coniugali sentire.
Nolite fraudare inuicem nisi ex consensu. Nam ut interpreteris: Nolite fraudare,
pro Nolite alij corporis uestri copiam facere: qui quadrat quod sequitur, Nisi ex
consensu. An ex consensu licebit adulterium committere? Hoc igitur in loco, ca-
stigator est Latina æditio.

Nolite fraudare.) μὴ ἀπατάτε. id est, Ne fraudetis. Fraudamus autē proprie, quum
subrahimus, sicut frustramur re sperata.

(Consensu.) Non est græce Forte, sed ἀ μὴ ἂν. Verum interpres ex-
primere uoluit conjunctionem expletiuam αὐτῶν, idq; non inepte: sed τὴν quoq; dimi-
nuit, nisi si quid fiat ex consensu. Sensit Apostolus Corinthijs in libidinem prono-
ribus, non esse...

Valla excute
Debitum red-
dere

Une expurgation appuyée : passages caviardés puis masqués

Additum ali-
quid, fatente
Hierony-
mo. Et nō mi-
sericordiam
consequu-
tum

hoc assumpsit Paulus, nec habetur Misericordiam consequuta, nec Dilecta: sed dum taxat, Et erit in loco ubi dicitur eis, non populus uos, dicitur eis, filij dei uiuentis, nisi quod ibi præcessit, Et miserebor eius, quæ fuit absq̃ misericordia. Siquidẽ Apostolus magis sententiã reddidit, quã uerba propheta. Quanquam diuus Hieronymus edisserens huius prophetae caput primũ, unde locus hic pendet, indicat geminam fuisse lectionem: in alijs scriptum fuisse, quemadmodum nos habemus, *ἐκ ἡγῶν*. in alijs, *ἐκ ἡλεμυδίων*. Ac posteriorem ceu uerriorem magis approbat, tum quod ita legatur in emendatioribus exemplaribus, tum quod aptius respondeat ad Israel non consequutum misericordiam, quum e diuerso sequatur, & domum Iuda miserebor. Rectius autem congruit & cum eo quod in fine capitis secundi legitur: Et miserebor eius quæ fuit absq̃ misericordia. Quum autem hic locus e superiore pendeat, ubi dicitur, Voca nomen eius absq̃ misericordia, probabile est & hic fuisse scripturam uariam. Proinde lector aliquis offendens diuersam lectionem, arbitratus est in utraq̃ scriptura particulam orationis esse omissam, & addidit quod putabat deesse. Augustinus existimat ex eodem prophetae loco sumptum, quod scribit Petrus apostolus in epistola prioris capite secundo. Qui aliquando non populus, nunc autem populus dei, quorum aliquando non misertus est, nunc autem miserebor. Videtur Petrus in hoc dissidere à Paulo, quod Misertus, legit pro Dilectus: sed in ordine æque dissidet cum propheta, apud quem prior est filia, cui nomen absq̃ misericordia, cui succedit filius, cui nomen nō populus meus. Idem est ordo in commutatione priorum nominum in fine capitis secundi, Et miserebor eius quæ fuit absq̃ misericordia, & dicam non populo meo, populus meus es tu. Porro quod sequitur apud Paulum, Et erit in loco ubi dictum est eis, non plebs mea uos, ibi uocantur filij dei uiui: e primo capite sumptum est. Quod autem apud prophetam dictum est de populo Israelitico, Paulus per similitudinem detulit ad gentes. In codice peruetusto Donatiani alteram particulam omissam repperi. Sic enim habebat: Vocabo non plebem meam, plebem meam, & non misericordiam consequutam, misericordiam consequutam.

Ibi uocabuntur.) *ἐκ* additum est ab Apostolo, quum in propheta non sit, uidelicet quo magis dilucide diceret.

Dei uiui.) Viuentis est Græce, *ζωντῶ*.

Pro Israel.) Super Israel, siue de Israel. *ὑπὲρ*. quanquã præpositio hæc anceps est.

Si fuerit numerus.) Testimonium est apud Esaiam capite decimo, in quo quum consentiant Septuaginta cum Hebraica ueritate, Paulus tamen nonnihil dissidet, licet in uerbis magis quã in sententia. Siquidem Septuaginta uerterunt *ἄλμα ὑποστρέψω*. id est, Residuum cõuertetur. At Hieronymus uertit in hunc modũ, Si enim fuerit populus tuus Israel quasi harena maris, reliquæ conuertentur ex eo.

Verbum enim consummans.) Verbum, accusatiui casus est, consummans & abbrevians, masculini generis, ut subaudias Est, nempe deus, *λόγον γὰρ σὺντελέω*. id est, Sermonem eius consummans. Id palam aperiunt Chrysostomus ac Theophylactus hunc enarrantes locum. Nec obstrepit huic annotationi, quod Origenes & Ambrosius de uerbo abbreviato interpretantur, quum hic utrumq̃ positum sit. Qui consummat & abbreviat pater est, qui consummatur & abbreviatur uel Christus est uel huius doctrina. Quanquam hæc quoq̃ nonnihil dissentiunt ab Hebraica ueritate, si-

verbum con-
summans, quo
modo accipi-
endum

tem dominum. Quis ex reuoluet in medio omnis terræ. Locus est in sententia apud eundem prophetam cap. 8. Consummationem enim & abbreviationem audiui à domino deo exercituum super uniuersam terram. Porro quod aduertit Prædixit Esaias, non est uaticinatio de futuro, sed quod hoc testimonium præ-

dicant hoc Hieronymus enarrans Esaiæ caput primum. Paulus ut dixi, uocem Hebraicam non putauit esse mutandam, opinor ob id quod in ea lateat nonnihil mysterij, quod aliena lingua reddi non potuerit.

Reliquisset nobis.) *ἐγκατέλιπον*. id est, Reliquisset in nobis. Testimonium sumptum est ex Esaiæ capite primo.

Quid ergo dicemus?) Quod sequitur, pronuntiatiue legendum est non interrogatiue, Quid ergo dicemus? Nempe hoc dicemus, gentes ex fide iustitiam cõsequuntur, & cætera. Annotauit hunc quoq̃ locum Augustinus libro De doctrina Christiana tertio. Et ad hunc modum edisserit Theophylactus.

Non peruenit.) *ἐκ ἐφάσσε*. quod uerbum uarie uertitur. Est autem propriũ festinantis ad occupandum aliquid: ut intelligas & Israelitas eò contendisse per opera legis, uerum gentes exclusis illis occupasse.

Quasi ex operibus.) *ὡς ἐξ ἔργων*, id est, Tanquam ex operibus, & addunt Græci *ἡμῶν*, id est, legis, ut intelligas de operibus fide charitateq̃ uacuis, apud Latinos non additur. Annotauit Chrysostomus & hunc sequutus Theophylactus, uoculam *ὡς*, quasi significet Iudæorum opera, non fuisse uera opera legis. Mihi uidetur & ad imputationem referri posse. Nam Iudæi salutem acceptam ferebant suis operibus exclusa gratia dei.

Petram *σκάνδαλον*.) Græcam uocem hanc libenter usurpant interpretes, quum possent dicere, offensæ siue offendiculi aut obstaculi, licet haud nesciam interim manere dialecton Hebraicam, lapis offendiculi, pro lapide offensorio, aut lapis in quẽ offendunt. Nec uideo quid offendant quosdam in *πεσὸν ἡμῶν*, quod haud dubie significat impingo, uel offendo. Cæterũ testimonium hoc cõtextum est e duobus Esaiæ locis. Initium enim, nempe, Pono in Sion lapidem: & finis, nempe, Et omnis qui crederit in eo non confundetur: sumpta sunt ex Esaiæ capite uigesimo octauo. Quæritur quod in medio intertextuit, Et lapidem offensionis & petram scandali, sumptum est ex eiusdem capite octauo. Quanquam hoc quoq̃ loco Paulus magis studuit sensum reddere quã uerba. Quum enim Hebraica ueritas habeat, Qui crediderit nō festinet iuxta septuaginta aditionem dixit, Non confundetur.

Non confundetur.) *ὁ κἀταχθῆναισται*. id est, Non pudefiet.

EX CAPITE DECIMO

Voluntas quidem cordis.) *ἡ μὲν βουλία*. quod significat aliquid animo gratum & acceptum. Aurelius Augustinus explicans carptim aliquot huius epistolæ quæstiones, legit pro *βουλία*, bona uoluntas: quemadmodum hic interpres uerterat in Luca. Græca uoci ad Hebræam efflata, nihil habet sermo Romanus quod proprie respondeat. Nam nemo laturus sit, opinor, si quis dicat, Delicium cordis mei. Sonat autem propensam bene uolentiam, ac fauorem gratuitum quem quis gerit erga alterum, qualis est dei erga nos. Item quæ sequuntur non per omnia quadrat: sic enim Græci, *καὶ ἡ δέσσις ἡ περὶ τῶν θεῶν, ὡς ἐπὶ τῶν ἀγγέλων εἰς σωτηρίαν*. id est, Et deprecatio quæ fit ad deũ, pro Israel est ad salutem. Sentit enim se præstare Iudæis quod potest, propensam animi uoluntatem & preces apud deum.

Quod æmulationẽ quidem.) *ὁπὶ ζῆλον θεῶν*. id est, Æmulationẽ dei: sine Quidem. Qui nihil sciat nisi Latine, quem sensum percepturus est ex his uerbis, Æmulationem dei habent: Æmulatione in bonam partem, sonat imitationẽ: in malam inuidentiam. Neutrum hic quadrat. Itaq̃ nos Studium, uertimus, qua uoce Latini significat uehementem animi fauorem. Et Scientia, magis cognitionem sonat, κατ' ἐπιγνωσιν. Aderat studium, sed sine iudicio: ut sedulitas, quem stulte diligit, urget.

Et suã quærentes statuere.) Hic Græci repetunt, iustitiam. Est enim sermo ex traductione uocis eiusdem festinantis.

Pronunciatio

Peruenit, pro
assiquutus est

Paulus Septua-
ginta sequutus

βουλία

Æmulatione

Studium

Une expurgation appuyée : correction de mots

Collegij Societatis Jesu Lodi in insula.
DES ERASMI ROT
IN NOVVM TESTAMENTVM
ANNOTATIONES, AD IPSE AVTORE
iam postremum sic recognita ac locupletata,
ut propemodum nouum opus
videri possit.



PLATO
Pulcherrimum uictoriae genus est, seipsum uincere.
BASILEAE IN OFFICINA FROBENIANA
ANNO M D XLII

Expurgatus est. datus ubi monstrat ad locum
Jacobus Carlier pastor d. Maurisij
ad librum expurgatum dedit.

J. Carlier

Une expurgation signée par Jacques Carlier (1573)


Expurgatus est. datus ubi monstrat ad locum
Jacobus Carlier pastor d. Maurisij
ad librum expurgatum dedit.

J. Carlier



*La furie
iconoclaste
(Beeldenstorm),
fin de l'été 1566*





Le Conseil des troubles (1567-1576)

LIBRORVM
PROHIBITORVM
INDEX,

EX MANDATO REGIÆ CATHOLICÆ Maiestatis, & Illustriss. Ducis Albani, Consiliiq̃ue Regij Decreto confectus, & editus.



ANTVERPIAE,
Ex officina Christophori Plantini,
c̄lo 10 LXX.



Liber Carmine Romanus
PHILIPPI II.
REGIS CATHOLICI
EDICTVM

De Librorum prohibitorum Catalogo obseruando,



ANTVERPIAE,
Ex officina Christophori Plantini,
M. D. LXX.
CVM PRIVILEGIO.



Societas Jesu 1571
INDEX
EXPURGATORIVS

LIBRORVM QVI HOC SECVLO PRODIERVNT, VEL DOCTRINAE non sanæ erroribus inspersis, vel inutilis & offensivæ maledicentiæ fellibus permixtis, iuxta Sacri Concilij Tridentini Decretum;

PHILIPPI II. Regis Catholici iussu & auctoritate, atque Albani Ducis consilio ac ministerio in Belgia concinnatus,
Anno M. D. LXXI.



ANTVERPIAE,
Ex officina Christophori Plantini Prototypographi Regij.
M. D. LXXI.

Les Index de livres interdits imprimés à Anvers (1569, 1570, 1571)



5 octobre 1520, Louvain

Premier autodafé européen de livres luthériens



Vers les premiers autodafés

« les bruslez ou fai[r]es brusler et annichler publicquement et au son de trompe devant *les bretesques [places publiques], halles et autres lieux ou semblables actes se doivent et son accoustumez de faire*, tant qu'ilz soient abboliz et mis en cendre comme faulx, damnables et heritiques »
(Édit du 22 mars 1521)



 **CAROLI QVIN**
TI IMP. E. S. AVG. CATHOL. REGIS ET C.
EDICTVM IMPERIALE
Ex Celeberr. Sa. Imp. Conuentu Vvormatiæ Vvangionum
Habito. M. D.
XXI.

Contra. F. Martinum Lutherū ordinis sancti Augustini, veterū
& damnatarum Hæreseon fuscitorem, & nouarum
inuentorem.

Contra libros omnes sub Lutheri nomine editos, & edendos, &
eorum posthac impressores, emptores, venditores.

Contra Lutheri cōiuratos, receptatores, & quō modo fautores.
Contra libellos famosos, & criminolos, ac etiam huiusce generis
picturas, & eorum autores, impressores, emptores, & ven
ditores, cuiuscumq; sint nominis, aut cōditionis.

LEX IMPRESSORIA, ad prohibenda mala, quæ ex peruer
so, tam laudatæ artis abusus fiunt.

POENAE

Criminis lesæ maiestatis. Grauiissimæ Cæsaris & Sac. Imperij in
dignationis.

Proscriptionis, **BANNIQ.** ac **INTERDICTI IMPERIA**
lis præter alias in corpore Iuris clausas vt in
edicto latius.

Declaratoria Cæsareæ ac catholicæ maiestatis, contra Martinum
Lutherū ab eadē Maiestate gallica lingua ordinata, & manu pro
pria scripta, & in pleno Cōsistorio Imperiali, corā Principib⁹ Ele
ctoribus perorata.

Christianissimæ literæ Cæsariæ ac catholicæ maiestatis, ad vniuer
sitatē Vviēensem, super hæretica doctrina fratris Martini Lu
theri, mandatis scripta ipsius, post bullā apostolicā, ac vota theo
logorū facultatis eiusdē vniuersitatis, igni cōburēdos, quæ admo
dū in partibus Burgundiæ, ac Colonia auctoritate aplica et de
creto Cæsareo factum est.



Édit de Worms (8 mai 1521)

☞ Interdiction des écrits luthériens

☞ Interdiction des textes contre l'Église

☞ Autodafé


☞ Crime de lèse-majesté divine et humaine

13 juillet 1521, Anvers

Premier autodafé "post-Worms"



26 août 1521, Gand



*Un cérémoniel
judiciaire
médiatique*



« [...] imprimeur ou escrivant, ou
celuy qui les feroit imprimer ou
escrire, nait sur ce obtenu nos
lettres patentes doctroy : ceulx
et chascun deulx qui feroient le
contraire, sans grace ou respit,
destre eschauffauldez : et oultre
ce, *ou destre fletriz dun fer
chauld en forme de croix, si
vifvement que lon ne le pourra
effacer, ou davoit un oeil creve,
ou un poing coppe*, a la
discretion du juge, eu par luy
regard au mesuz de dol des
transgresseurs dicelle
ordonnance »

(Édit du 7 octobre 1531)



Mandemēt de
L'imperiale Maieſte donne et public
en lan xlvi. Auecq Catalogue, Intitu-
lation, ou declaration, de liures re-
prouuez, faicte par Meſſieurs les Do-
cteurs en ſacree Theologie de Lu-
niuerſite de Louvain, a l'ordon-
nance et cōmandement de
la ſuſdicte Maieſte Im-
periale.



Imprime a Louvain par Seruais
van Saffen Lan M, D, xlvi.

¶ Cum Gratia & Preuilegio;

Caſtne: Michiel

Catalogue des
Liures que par l'ordonnāce de la Ma-
ieſte Imperiale les Theologiens
de Louvain apres diligente
examination ont iugez
eſtre interdictz.

Le premier lieu
Eſt donne aux Bibles Latines en
lordre ſuyuant.

Biblia impreſſa Pariſijs per Robertū
Stephani annis xxxij. & xl. cum ip-
ſorum indicibus.

Biblia impreſſa Antuerpie per An-
thonium Goinum anno xl. cum ip-
ſius indice.

Biblia impreſſa Lugduni per Henri-
cum Sauore anno xxxvi. cum ip-
ſius indice.

Biblia impreſſa Lugduni per Guiliel-
mum Boule, anno xxxvij. cum ip-
ſius indice.

Biblia impreſſa Antverpiæ, per Mar-
tinum Caſarem anno xxxiiij. cum
ipſius indice.

Biblia

Premier Index des livres interdits (Louvain, 1546)




*Philippe II à sa sœur
Marguerite (31 juillet 1566)*

« Et à vérité je ne puis comprendre d'où ce mal si grand peult estre procédé et tant accru en si peu de temps et tant moins que, depuis mon partement de delà, je n'ay jamais entendu qu'il s'y soit faicte aucune exécution ou procédure rigoureuse en vertu desdictes inquisition ou placcartz »

Brûler des livres




Afficher les listes de livres interdits




Diffuser la loi

Théâtre de la censure Multimedialité



Reproduire les octrois



Imprimer la loi



R. Verstegan, *Théâtre
des cruautés des
hérétiques*, Anvers,
1587



Un génocide patrimonial

« Nous leur trouvâmes un grand nombre de livres dans ces caractères [mayas], et, comme ils n'en avaient aucun où il n'y eût de la superstition et des mensonges du démon, nous les leur brûlâmes tous »

(Diego de Landa, Relation des choses du Yucatán, 1566)